

*Pius II. an Hz. Sigismund von Österreich (Breve). Er fordert ihn zum wiederholten Male auf, persönlich nach Mantua zu kommen oder ausreichend ermächtigte Gesandte zu schicken, um den Streit mit NvK entweder auf gütlichem Wege oder durch ein Schiedsurteil des Papstes zu beenden. Andernfalls werde er zugunsten des NvK entscheiden.*

*Kopie (ca. 1460): BOZEN, SLA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) 78<sup>r</sup>-79<sup>r</sup>.*

*Erm.: Jäger, Streit I 330 (mit Auszug); Jäger, Landständische Verfassung II 2, 170; Pastor, Geschichte der Päpste II 70 Anm. 3; Meuthen, Die letzten Jahre 52, 186 Anm. 7; Boockmann, Laurentius Blumenau 167 (mit Datum 6. September); Baum, Habsburger in den Vorlanden 398.*

Pius papa secundus.

Dilecto filio nobili viro Sigismundo duci Austrie salutem et apostolicam benedictionem. Venit ad nos dilectus filius Laurentius Blumenaw<sup>1)</sup>, doctor, servitor nobilitatis tue, cum litteris tuis credencialibus nobis tua parte exponens, quomodo nonnulla impedimenta intervenerunt, propter que pro nunc tuus ad nos accessus est rationabiliter impeditus. Parum post dilectus filius Andreas Magk<sup>2)</sup> a te ad nos missus exposuit causam, cur nunc non advenisses, existere, quia dilectus filius noster Nicolaus cardinalis sancti Petri ad vincula, episcopus Brixinensis, diceretur Rome detineri et nequaquam Mantuam venire, asserens te paratum venire, quamprimum eiusdem cardinalis adventus tibi patefieret. Scripsimus nobilitati tue ipsum nunc adesse, exhortantes eandem tuam nobilitatem, ut sine mora concurreres.<sup>3)</sup>

10 Nunc iterum audivimus dubium esse, an possis ob priora per Laurentium allegata impedimenta (venire). Et cum ipse cardinalis ob causam difference, quam tecum habet, veniret et sollicitet expeditionem, ideo iterum ad te mittimus, desiderantes, ut omni mora postposita mox venias. Et ubi non poteris, tuos cum plena potestate mittas ad tractandum et demum in articulis, in quibus de consensu utriusque concordia nequit, ad in nos de alto et basso arbitrandum aut saltem ad agendum et respondendum in

15 forma juris, ut sic causa, que diu duravit, finem capiat via amicabilem aut juris.

Nos enim, si concordia locum habere non poterit, cum nemini iusticiam possumus nec debeamus negare, ipsi cardinali eam petenti cogemur administrari mandare. Datum Mantue sub annulo piscatoris die vi octobris mcccclix pontificatus nostri anno secundo.

Jacobus Lucensis.<sup>4)</sup>

<sup>1)</sup> Pius II. bezieht sich vermutlich noch auf die Gesandtschaft des Lorenz Blumenau vom April 1459; s.o. Nr. 5891.

<sup>2)</sup> Andreas Mack. Er war zuletzt Ende September/Anfang Oktober 1459 beim Papst in Mantua gewesen und war mit dem Breve Nr. 6021 (1459 Oktober 2) zu Hz. Sigismund zurückgereist. Am 31. Oktober 1459 erhielt er eine auf fünf Jahre befristete Dispens zum Besitz einer zweiten Pfarrkirche; Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 511 f. 363<sup>r</sup>-364<sup>v</sup>. Regest: Brosius/Scheschkewitz, RG VIII 29 Nr. 169.

<sup>3)</sup> S.o. Nr. 6021 (1459 Oktober 2).

<sup>4)</sup> Jacopo Ammanati Piccolomini, päpstlicher Sekretär.